



Polyanthea Sacra

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

Spanner, Andreas

Augustae Vindelicorum, 1702

§. 9. Superbia vilis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79369)

verbum, quod nunquam moveretur. Maneret autem in successu suo immutabilis, & impassibilis; erat nimis superbum, & insolens. - quamobrem statim relinquatur a Domino, & ei conjungitur spiritus malus. Anastasius Ep. Nicænus in quæst. additis q. 8.

Ephraim pascit ventum, & sequitur a sum. Ol. 12. 1. Ventum pascere; est superbiae Spiritu inflari; sequi verò æstum; luxuriæ conjungi. Quæ peccata, vel vitia, consequentia sunt; ita ut, cum superbia spiritum erexerit, carnem quoque corrumpat Spiritus fornicationis. S. Rupertus l. 5. hic.

Nè magnitudo revelationum - datus est mihi stimulus carnis Ec. 2. Cor. 12. 7. Castitas adeò nobilis, & generosa; ut ex nulla alia possit quis superbiùs gloriari: sicut ex nullo alio vitio ex oppositò castitatis, major humilitatis occasio confurgit. Mendoza in 1. Reg. 1.

Multis sæpe superbia luxuria feminarium fuit, occultam videlicet culpam sequitur aperta percussio; ut malis exterioribus interiora puniantur; & cor publicè corruat, quod latenter tumebat. - Proinde per humilitatis custodiam servanda est munditia castitatis. Si enim piè spiritus sub Deo premitur; caro illicitè super spiritum non levatur. Habet quippe Spiritus commissum sibi dominium carnis; si tamen sub Deo recognoscit jura legitime servitutis. Nam, si Authorem suum superbiendo contemnit, jure à subjecta carne proclium suscipit. S. Gregor. mor. l. 26. c. 13.

Qui detinetur superbià, & non sentit; labitur in carnis luxuria, ut per hanc humiliatus, & à confusione surgat, & à superbia. S. Isidorus l. 26. c. 38.

Concupiscentia carnis poena est peccati, quæ præcedentis puniatur superbia mentis. Rupertus l. 2. c. 40. in Gen.

§. VIII.

Superbia non durat, citò perit.

Saul duobus annis regnavit. 1. Reg. 13. 1. Arbor magna, & fertilis, valde citò inveteravit; quæ tantum duobus annis fructificandi gratiam retinens, statim corrupta radice, frondium venustatem, simul & fructuum honorem, perdidit. Qualis, putas, vermis intrinsecus radicem ejus momordit? utique vermis superbiæ, quò & ille vitarius, de quo Ezech. 31. 3. *ecce Assur quasi cedrus* Ec. S. Rupertus in l. 1. Reg. c. 20.

Et gloriam meam in pulverem deducet. Pl. 7. 6. Ille est ille pulvis, quem projicit ventus à facie terræ: superborum scilicet vana, & inepta, jaclantia, & inflata, non solida; tanquam ventò elatus pulveris globus. S. August. hic.

In quacunq; die invocavero te, velociter exaudi me. Plal. 101. 3. Unde invocas? de qua tribulatione? de qua egestate? - Audiamus istam egestatem; in illa & nos ipsos inveniamus. Audi, & agnosce; si potes. *Quia defecerunt sicut fumus dies mei.* v. 4. O dies! si dies ubi enim dies auditur, lux intelligitur. Unde sicut fumus? nisi propter elationem superbiæ. Videte fumum, superbiæ similem; ascendentem, tumescentem, vanescentem: meritò ergo

Polyanth. Sacra Thom. II.

deficientem; non utique permanentem. Id. hic Superbia comparatur fumo: quia sicut fumus magis ascendendo deficit; sic superbus plus exaltatus, sed evanescit. S. Bonaventura diet. fat. c. 3. de superbia.

Floruit virga, germinavit superbia. Ezech. 7. 10. Floris in morem nascitur superbus? ergo, dum floret, interit. Cadit, ubi nascitur: à cunis, & sepulchro, simul excipitur. S. Isidorus l. 2. sent. c. 38. ait: ibi superbiã cadere ubi & nasci: ut non sit superbis aliud culpa, aliud poena; sed ipsa culpa fit illis & poena. Efcobar t. 6. Parab. Chr. l. 6. Sect. 2. Obs. 2.

Videbam Sathanam sicut fulgur - cadentem. Luc. 10. 18. quia fulgur superbiã, vanamque gloriam; significat; quæ claritatis aliquantum judicet; sed subito pertransit: Cornelius in Judic. 1.

Citò turgens spuma dilabatur: & quamvis grandis tumor; contrarius sanitati est. S. Hieron. ep. 26.

Pulvis, quantò plus erigitur, tantò magis dispergitur: & fumus, quò magis extollitur, amplius annullatur: vapor quoque altus ab æstu consumitur. S. Cyrillus in Apolog. c. 14.

Humilis ædificat super petram; superbus super arenam. Richardus à S. Viç. f. in die Paschæ.

Superbia, arbori excelssimæ, sed putridæ, similis est; cujus undique facile confringuntur rami: in quam si quis ascenderit, celeriter profundum corrui. S. Ephrem de recta viv. rat.

Superbia solet depingi singulariter cornuta, & unò pede: aggreditur enim Deum, & proximum; sed non habet, nisi unum pedem: unde citò corrui. De quo pede Pl. 35. 12. *non veniat mihi pes superbiæ.* Hugo Card. in Judic. c. 3.

Vidi ego vesicam modicò turgescere flatu, quæ pisib; sonuit quatuor impositis. Hanc puer unus acu pupugit; dispersa repente, vilis, & absque sonò flaccida derumuit, Gerson f. in cœna Dom.

§. IX.

Superbia vilis.

SI cadens adoraveris me. Matth. 4. 9. Cur diabolus, ad Evam tentandam, unum tantum pomum ostendit; ad Christum verò omnia regna Mundi in medium affert? Tentatur Eva, ut ab omnibus tanquam Deus honoretur: *eritis sicut dii.* Gen. 3. 5. Christus verò provocabatur, ut demonium adoraret. Facili, & vili, re decipitur homo; ubi primùm ei in mentem venit, quòd ab aliis supremò honore colendus sit: at, ut ipse homo se submittat, ac alium adoret; multum per omnem modum requiritur. Sylveira hic.

Tantò fit quisque vilior Deo, quantò pretiosior sibi; tantò pretiosior Deo, quantò propter eum fit vilior, S. Bernard. f. Dom. 10. Pent.

Superbia, ut pusilli cordis, & puerilis, & stulti; parvissimis inhiat; capitur, afficitur, & vexata torquetur. Gerson f. in Cœna Dom.

Yyy y

§. X.

uia con-
arnem,
quòd,
undum
ommo-
là. 1.

si non
ugi gu-
iplare,
m Dei:
re cum
72. 5.

hostis,
; quòd
natio-
bus. de

a.

th.

isunt.
ies ab
us, cir-
naben-
nquan-
clesia:
n illis.
ngelo-
pugnæ
nctus.

. Me-
ro, ad-
& ten-
ut in
1. 4. in
rator;
63. de
mum
& vi-
oluit.
ro no-
digna-
citi;
tiam,
retur.

homi-
nuncun-
oculis
uum.
stan-
præ-

quod
butas
n, qui
nem-
n, ex
n vo-
essia,
r. 19.
aster.
Qui